

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 2138

**Auteur(s)** : Philippe Marmion [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Jeanne Taisson, dame de Thury [autre]

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1246, 22 octobre

**Lieu d'émission** : Caen

**Action juridique** : vente

**Langue du texte** : latin

## Analyse

« Cest la tierce lettre de la vente de Fontenay le Marmion(analyse du milieu du XIVe s.) ». Philippe Marmion, fils de Robert Marmion, vend la terre de Fontenay-le-Marmion à Jeanne, dame de Thury.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Saige Gustave, *Cartulaire de la seigneurie de Fontenay le Marmion*, Monaco, Imprimerie de Monaco, 1895, n° IV, p. 4-5.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Philippus Marmiun, filius Roberti Marmiun, vendidi et concessi Johanne domine de Tureio pro mille et centum et tringinta libris turonensium omne illud hereditagium quod habebam in Normannia ex parte Roberti Marmion patris mei et Willelmi Marmiun patru mei, scilicet apud Fontenetum Marmion et alibi, ubicunque sit, cum omni dominio et jure et primogenitura postnatorum meorum et hommagio hominum meorum et cum omni dote Juliane de Vauceio matris mee et cum omnibus que mihi et heredibus meis jure hereditario excedere poterant et reverti ; salvo hereditagio dicte Juliane matris mee ; tenenda et habenda hec omnia predicta cum pertinenciis eorum dicte Johanne et heredibus ejus a domino rege Francie eo modo quo predicta ab ipso tenebam, absque aliqua mei vel alicujus heredum meorum de cetero reclamatione. Hec omnia predicta, ego et heredes mei tenemur garantizare dicte Johanne et heredibus suis contra omnes gentes, et nisi garantizare possemus, equipollens excambium eisdem facere tenemur in propria hereditate nostra, ubicunque sit. Quod ut ratum sit, presens scriptum sigilli mei munimive confirmavi. — Actum in scaccario domini Regis apud Cadomum, die lune proxima post festum beati Luce Evangeliste, anno Domini M° CC° XL° sexto, mense octobris.

Johannes episcopus Ebricensis, Guillianus episcopus Constanciensis, dominus Johannes de Bello Monte, dominus Gaufridus de Capella, Magister Odo de Sancto Dionisio, Girardus de Boista, baillivus Constanciensis, Johannes Rapatre, baillivus Pontis Audomari, Johannes de Tornebu, Ricardus de Corceio, Gaufridus Aguillion, Henricus de Combario, Henricus et Johannes de Argenciis, Rogerius d'Argences, Robertus Lebret, Robertus de Sassi, Willelmus de Viarville, Johannes de Tournebu junior, Robertus Bovion, Radulfus de Vallibus, Robertus de Raveton, Millon de Brequigni, Robertus de Bellomonte, Johannes Chevalier, Th. de Bellomonte, Audeus Quarret, Willelmus de Fonteneto, Galterius de Silli, Gauquelinus de Vaunello, Petrus de Hamars.

Recordatio scaccarii apud Cadomum, die lune proxima post festum sancti Luce evangeliste, anno domini M° CC° XL° sexto in quo Philippus Marmion vendidit totam terram suam domine Johanne de Tureio, prout continetur in carta sua que est inrolutata in registro.

